

lius pugnando, ac triumphando recu-
peremus. Reuera ergo tempus hoc tem-
pus acceptabile, & dies isti, dies sunt
salutis. Acceptabile inquam, quo ora-
tio peccatoris pro peccatorum venia
ad dominum suspirantis citius exaudi-
tur. Adiuvante nimirum huiusmodi
peccatores vniuersali ecclesia in oratio-
nibus, ac officijs publicis, diebus singu-
lis huius quadragesimæ coaptatis. Dies
quoque salutis, & propter nostræ repara-
tionis sacramentum, quod operatus est
dominus salutem in medio terræ nunc
specialius commemoratum, & propter
generalem totius orbis exercitum, quo
nunc cetera inimicū saluator congrega-
vit, ut dicit Ber. ser. 6. de 40. & subdit:
Beati, qui sub tali duce strenuè milita-
runt, salutem certius consecuturi, quæ
non in teiunia perpetua deficit, sed per-
ducit ad dulces, paschales epulas, gaudia,
& alleluia æternum, nullo inquam
termino finiendum. Surgendum igitur
nobis est, nec tantæ gratiæ tempus ne-
gligendum, sed & iuxta ecclesiæ exhor-
tationem emendandum in melius, quod
ignorantes, imo verò quod scienter, quod
malitiosè peccauimus. Ne subito præ-
occupati, queramus spacium peniten-
tiæ, & inuenire non possumus. Sufficiat
totius nos anni tēpore dñm offendisse,
in peccatis obdormisse, saltem nunc
surgamus, conuersi ad dominum, ut nos
illuminet Christus. Quia reuera, qui
tantò sultus ecclesiæ præsidio nunc
non exurgit, qui vitia cum suo autore
tanto vallatus compugnantium exerci-
tū, modo non vincit, quando solus con-
uertitur? quando solus triumphabit.
Vnde desperationi proximus, censetur,
qui hoc tempore acceptabili, non ut ac-
ceptetur, laborat, qui in diebus salutis
salutem negligens, suis ipsius damnatio-
nē operatur. Ideò manet nos apostolus,
& ecclesiā ad penitentiam iustum. Ecce
enim nunc tempus acceptabile &c. Pro
gratia Aue Maria. Primò recitabitur
euangelium. Secūdo ex ipso ostenditur
quemadmodum dominus sua victorio-
sa cum diabolo congressione docuit,
quid primò conuerti volentibus veniat

faciendum, cessare. scilicet à peccato, & quo
modo quis dicitur cessare à peccato?

Primum ergo, quod requiritur ad con-
uersionis initium, & ad penitentiam
salubrem, & efficacē, est cessatio à pec-
catis. Et hanc necesse est præcedere pe-
nitentiam. Ita inquam, necesse est ve
impossibile sit manētem in peccatis ve-
nitere. Cum peccata nomino, mortali-
a intelligite. Impossibile est enim de
loco moueri per medium ad terminū,
nisi primò dimittatur terminus, vel
locus, à quo. Penitentia tanquam spa-
cium est vel medium, per quod moue-
ri necessarium est longè positos à Deo
ut appropinquent. Magister distinct.
14. libr. 4. Longè autem consistimus,
ac separamur à Deo per peccatum, si-
cut ait Esa. 59. Peccata vestra diuise-
runt inter vos, & Deum vestrum. Ideò
peccator quiescens in peccato, si volue-
rit per penitentiam ad dñm appropin-
quare, necesse habet primò locum suæ
malæ quietis dimittere, alioquin manēs
in peccato nō appropinquet, nec peni-
tentiæ tanquā spacio, neque Deo tanquā
termino quāuis & ipsa penitentia ter-
minū dici posset, quia remissionis grām
iustificanti includit, ad quā peccator tēdit.
Ideò ait Amb. super epistolam ad Cor.
Hec vera penitentia est, cessare à pecca-
tis. Propterea cū penitentia sit, vel in-
cludat displicentiā peccati tanquā offē-
sæ Dei, consequens est vt penitenti oēs
peccatum displiceat, eo quod quodlibet est
Dei offensiuum. Impossibile est enim di-
splicentiæ ferri in aliquid sub certa
ratione, quin feratur in quodlibet, in
quo agnoscitur talis ratio. Ideò cuiuscun-
que displicet aliquid præcise, quia offensiuū
Dei, illi (stante hac displicentiā) displi-
cet quicquid nouerit Deo aduersari, &
ita quodlibet peccatū saltē cognitum
esse tale. Et ita si adhuc aliquid peccati
placet, quamuis Dei offensiuum nullū
sub hac ratione displicet. Et hoc est, quod
tangit Gregor. 4. moral. Quos adhuc
noxia delectant, falsum est, quod cer-
nitur, quia perpetrata alia deplorant.
Et Aug. in de vera, & falsa penitentia:
Si penitentiam agis, penitet te. Si
penitet

Primum
ad peni-
tentiam
requiritū
est cessa-
tio à pec-
catis.